MUTATIONES IN ANTIPHONALI MONASTICO

CALENDARIUM PERPETUUM O. S. B.

a S. R. C. approbatum die 25 iulii 1961

IANUARIUS

1	OCTAVA NATIVITATIS DOMINI	I cl.
2		
3		
4	*S. Titi Ep. et Conf.*	Memoria
5		
6	IN EPIPHANIA DOMINI	I cl.
7		
8		
9		
10	*S. Pauli primi Eremitæ, Conf.*	Memoria
11		
12		
13	In Commemoratione Baptismatis D. N. I. C.	II cl.
14	*S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct.*	Memoria
	Commemoratio S. Felicis Presb. et Mart.	
15		
16	*S. Marcelli I Papæ et Mart.*	Memoria
17	S. Antonii Abb.	III cl.
18		
19	*Ss. Marii, Marthæ, Audifacis et Abachum Mm.*	Memoria
20	Ss. Fabiani Papæ et Sebastiani Mm.	III cl.
21	S. Agnetis Virg. et Mart.	III cl.
	Apud moniales et sorores O. N.	II cl.
22	*S. Vincentii Mart.*	Memoria
23	*S. Emerentianæ Virg. et Mart.*	Memoria
24	*S. Timothei Ep. et Mart.*	Memoria
25	In Conversione S. Pauli Ap.	III cl.
	Commemoratio S. Petri Ap.	
26	*S. Polycarpi Ep. et Mart.*	Memoria
27	S. Ioannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct.	III cl.

28 *S. Cyrilli Ep. Alex., Conf. et Eccl. Doct.* . . . Memoria
29 *S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct.* . . Memoria
30
31 *S. Ioannis Bosco Conf.* . . . . Memoria

FEBRUARIUS

1 S. Ignatii Ep. et Mart. . . . . III cl.
2 IN PURIFICATIONE B. MARIÆ VIRG. . . . . II cl.
3 *S. Blasii Ep. et Mart.* . . . . Memoria
4
5 S. Agathæ Virg. et Mart. . . . . III cl.
6
7 S. Romualdi Abb. O. N. . . . . III cl.
8
9
10 S. SCHOLASTICÆ VIRG., Sororis S. P. N. Benedicti . II cl.
Apud moniales et sorores O. N. . . . . . . I cl.
11
12
13
14 *S. Valentini Presb. et Mart.* . . . . . . Memoria
15
16
17
18
19
20
21
22 Cathedra S. Petri Ap. . . . . III cl.
Commemoratio S. Pauli Ap.
23 *S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct.* . . . Memoria
24 S. MATTHIÆ AP. . . . . II cl.
25
26
27
28

In anno bissextili mensis februarius est dierum 29, et festum S. Matthiæ celebratur die 25 februarii ac bis dicitur *Sexto Kalendas*, id est die 24 et die 25; et littera dominicalis, quæ assumpta fuit in mense ianuario, mutetur in præcedentem: ut, si in ianuario littera dominicalis fuerit *A*, mutetur in praecedentem, quæ est *g*, etc., et littera *f* bis servit, 24 et 25.

MARTIUS

1		
2		
3		
4		
5		
6	Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mm.	III cl.
7	S. Thomæ de Aquino Conf. et Eccl. Doct.	III cl.
8		
9	*S. Franciscæ Romanæ Vid. O. N.*	Memoria
10	*Ss. Quadraginta Martyrum*	Memoria
11		
12	S. Gregorii I Papæ, Conf. et Eccl. Doct. O. N.	II cl.
13		
14		
15		
16		
17		
18	*S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct.*	Memoria
19	S. IOSEPH, SPONSI B. MARIÆ VIRG., Conf. et Eccl. univ. Patroni	I cl.
20		
21	S. P. N. BENEDICTI ABBATIS	I cl.
22		
23		
24		
25	IN ANNUNTIATIONE B. MARIÆ VIRG.	I cl.
26		
27	*S. Ioannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct.*	Memoria
28		
29		
30		
31		

APRILIS

1		
2		
3		
4	*S. Isidori Ep., Conf. et Eccl. Doct.*	Memoria
5		
6		

7
8
9
10
11 S. Leonis I Papæ, Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.
12
13 *S. Iustini Mart.* . . . . Memoria
14 *Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mm.* . . . . Memoria
15
16
17
18
19
20
21 S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . . III cl.
22
23 *S. Georgii Mart.* . . . . Memoria
24
25 Litania maior
S. Marci Evangelistæ . . . . II cl.
26 *S. Cleti Papæ et Mart.* . . . . Memoria
27 *S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct.* . . . . . Memoria
28
29 Ss. Odonis, Maioli, Odilonis et Hugonis Abb. O. N . III cl.
30 *S. Catharinæ Senensis Virg.* . . . . Memoria

MAIUS

1 S. IOSEPH OPIFICIS, SPONSI B. MARIÆ VIRG., Conf. . . . . I cl.
2 S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.
3 *Ss. Alexandri, Eventii et Theoduli Mm.* . . . . Memoria
4 *S. Monicæ Vid.* . . . . Memoria
5 *S. Pii V Papæ et Conf.* . . . . Memoria
6
7
8
9 S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl.
10 *Ss. Gordiani et Epimachi Mm.* . . . . Memoria
11 Ss. Philippi et Iacobi App. . . . . II cl.
12 *Ss. Nerei, Achillei et Pancratii, Mm.* . . . . . Memoria
13 *S. Roberti Bellarmino Ep., Conf. et Eccl. Doct.* . . Memoria
14 *S. Pachomii Abbatis* . . . . Memoria

15
16
17
18
19 *S. Petri Cælestini Papæ et Conf. O. N.* . . . Memoria
20
21
22
23
24
25 S. Gregorii VII Papæ et Conf. O. N. . . . III cl.
26 S. Augustini Ep. et Conf. O. N. . . . . III cl.
27 S. Bedæ Venerabilis Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl.
28
29
30
31

IUNIUS

1
2 *Ss. Marcellini et Petri Mm.* . . . . . Memoria
3
4
5 S. Bonifatii Ep. et Mart. O. N. . . . . . . III cl.
6 S. Norberti Ep. et Conf. . . . . III cl.
7
8
9 *Ss. Primi et Feliciani Mm.* . . . . . . Memoria
10
11 S. Barnabæ Ap. . . . . III cl.
12
13 *S. Antonii de Padua Conf. et Eccl. Doct.* . . . Memoria
14 S. Basilii Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl.
15 *S. Viti Mart.* . . . . Memoria
16
17
18 *S. Ephraem Syri Diaconi, Conf. et Eccl. Doct.* . . Memoria
Commemoratio Ss. Marci et Marcelliani Mm.
19 *Ss. Gervasii et Protasii Mm.* . . . . . . Memoria
20
21 *S. Aloisii Gonzagæ Conf.* . . . . Memoria
22
23 Vigilia . . . . II cl.

24 IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ . . . I cl.
25
26 *Ss. Ioannis et Pauli Mm.* . . . . Memoria
27
28 Vigilia . . . . II cl.
29 SS. PETRI ET PAULI APP. . . . . I cl.
30 In Commemoratione S. Pauli Ap. . . . . III cl.
Commemoratio S. Petri Ap.

IULIUS

1
2 IN VISITATIONE B. MARIÆ VIRG. . . . . II cl.
3 *Ss. Processi et Martiniani Mm.* . . . . . Memoria
4
5
6
7
8
9
10
11 IN SOLEMNITATE S. P. N. BENEDICTI ABB. . . II cl.
12 *S. Ioannis Gualberti Abb. O. N.* . . . . . Memoria
13
14 S. Bonaventuræ Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . III cl.
15
16
17 *S. Leonis IV Papæ et Conf. O. N.* . . . . . Memoria
18
19 *S. Vincentii a Paulo Conf.* . . . . . . Memoria
20 *Ss. Hieronymi Æmiliani, Iosephi Calasanctii et Ioannis Baptistæ de la Salle Cc.* . . . . Memoria
21
22 S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentis . . . . . III cl.
23 *S. Apollinaris Ep. et Mart.* . . . . . . Memoria
24
25 S. IACOBI AP. . . . . II cl.
26 Ss. Ioachim et Annæ Parentum B. Mariæ Virg. . III cl.
27
28
29 *Ss. Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis Mm.* Memoria
30 *Ss. Abdon et Sennen Mm.* . . . . Memoria
31 S. Ignatii Conf. . . . . III cl.

AUGUSTUS

1 *Ss. Machabæorum Mm.* . . . . Memoria
2 *S. Alfonsi Mariæ de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct.* Memoria
3
4 S. Dominici Conf. . . . . III cl.
5 *In Dedicatione S. Mariæ ad Nives* . . . . . Memoria
6 IN TRANSFIGURATIONE D. N. I. C. . . . . . II cl.
7 *Ss. Xysti II Papæ, Felicissimi et Agapiti Mm.* . . Memoria
8 *S. Cyriaci Mart.* . . . . Memoria
9 Vigilia . . . . III cl.
10 S. LAURENTII MART. . . . . II cl.
11 *S. Tiburtii Mart.* . . . . Memoria
12 *S. Claræ Virg.* . . . . Memoria
13 *Ss. Pontiani Papæ et Hippolyti Mm.* . . . . Memoria
14 Vigilia . . . . II cl.
15 IN ASSUMPTIONE B. MARIÆ VIRG. . . . I cl.
16
17
18 *S. Agapiti Mart.* . . . . Memoria
19
20 S. Bernardi Abb., Conf. et Eccl. Doct. O. N. . . III cl.
21 *B. Bernardi Ptolomæi Abb.* . . . . Memoria
22 *S. Timothei Mart.* . . . . Memoria
23
24 S. BARTHOLOMÆI AP. . . . . II cl.
25
26
27
28 S. Augustini Ep., Conf. et Eccl. Doct. . . . . III cl.
Commemoratio S. Hermetis Mart.
29 In Decollatione S. Ioannis Baptistæ . . . . . III cl.
30 *Ss. Felicis et Adaucti Mm.* . . . . . . Memoria
31

SEPTEMBER

1
2
3 S. Pii X Papæ et Conf. . . . . III cl.
4
5

6		
7		
8	IN NATIVITATE B. MARIÆ VIRG.	II cl.
9	*S. Gorgonii Mart.*	Memoria
10		
11	*Ss. Proti et Hyacinthi Mm.*	Memoria
12		
13		
14	IN EXALTATIONE S. CRUCIS	II cl.
15	Septem Dolorum B. Mariæ Virg.	III cl.
16	*Ss. Cornelii Papæ et Cypriani Ep., Mm.*	Memoria
17	*S. Hildegardis Virg. O. N.*	Memoria
18		
19		
20		
21	S. MATTHÆI AP. ET EVANGELISTÆ	II cl.
22	*Ss. Mauritii et Sociorum Mm.*	Memoria
23	*S. Lini Papae et Mart.*	Memoria
24		
25		
26		
27	*Ss. Cosmæ et Damiani Mm.*	Memoria
28		
29	IN DEDICATIONE S. MICHAËLIS ARCH.	I cl.
30	S. Hieronymi Presb., Conf. et Eccl. Doct.	III cl.

OCTOBER

1		
2	Ss. Angelorum Custodum	III cl.
3	*S. Teresiæ a Iesu Infante Virg.*	Memoria
4	S. Francisci Conf.	III cl.
5	Ss. Mauri et Placidi, discipulorum S. P. N. Benedicti Cc.	III cl.
6	*S. Brunonis Conf.*	Memoria
7	B. Mariæ Virg. a Rosario	III cl.
8		
9		
10		
11		
12		
13		
14	*S. Callisti I Papæ et Mart.*	Memoria
15	S. Teresiæ Virg.	III cl.

16
17
18 S. Lucæ Evangelistæ . . . . . . II cl.
19
20
21 S. *Hilarionis Abbatis* . . . . . . Memoria
22
23
24
25 *Ss. Chrysanthi et Dariæ Mm.* . . . . . . Memoria
26
27
28 Ss. Simonis et Iudæ App. . . . . . . II cl.
29
30
31

Dominica ultima Octobris :
D. N. IESU CHRISTI REGIS . . . . . I cl.

NOVEMBER

1 OMNIUM SANCTORUM . . . . I cl.
2 IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM . . . . I cl.
3
4 *S. Caroli Ep. et Conf.* . . . . Memoria
5
6
7
8 *Ss. Quatuor Coronatorum Mm.* . . . . . . Memoria
9 In Dedicatione Archibasilicæ Ss.mi Salvatoris II cl.
10 *S. Theodori Mart.* . . . . Memoria
11 S. Martini Ep. et Conf. . . . . II cl.
12 *S. Mennæ Mart.* . . . . Memoria
13 Omnium Sanctorum O. N. . . . . II cl.
14 In Commemoratione Omnium Defunctorum O. N. II cl.
vel de ea (IV cl.) . . . .
15 *S. Alberti Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct.* . . . . Memoria
16
17 S. Gertrudis Virg. O. N. . . . . III cl.
Apud moniales et sorores O. N. . . . . . . II cl.
18 In Dedicatione Basilicarum Ss. Petri et Pauli App. III cl.

19		
20		
21	In Præsentatione B. Mariæ Virg. *Commemoratio S. Columbani Abb.*	III cl.
22	S. Cæciliæ Virg. et Mart.	III cl.
23	S. Clementis I Papæ et Mart. *Commemoratio S. Felicitatis Mart.*	III cl.
24	*S. Ioannis a Cruce Conf. et Eccl. Doct.* *Commemoratio S. Chrysogoni Mart.*	Memoria
25	*S. Catharinae Virg. et Mart.*	Memoria
26	*S. Silvestri Abb. O. N.*	Memoria
27		
28		
29	*S. Saturnini Mart.*	Memoria
30	S. ANDREÆ AP.	II cl.

DECEMBER

1		
2	*S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct.*	Memoria
3	*S. Francisci Xaverii Conf.*	Memoria
4		
5		
6	*S. Nicolai Ep. et Conf.*	Memoria
7	S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct.	III cl.
8	IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. MARIÆ V.	I cl.
9		
10		
11	*S. Damasi I Papæ et Conf.*	Memoria
12		
13	S. Luciæ Virg. et Mart.	III cl.
14		
15		
16		
17		
18		
19		
20		
21	S. THOMÆ AP.	II cl.
22		
23		
24	Vigilia	I cl.
25	IN NATIVITATE DOMINI In secunda Missa : *Commemoratio S. Anastasiæ Mart.*	I cl. cum Octava

26 II dies infra octavam Nativitatis Domini. S. Stephani Protomart. . . . . II cl.
27 III dies infra octavam Nativitatis Domini. S. Ioannis Ap. et Evangelistae . . . . II cl.
28 IV dies infra octavam Nativitatis Domini. Ss. Innocentium Martyrum . . . . II cl.
29 De V die infra octavam Nativitatis Domini . II cl.
30 De VI die infra octavam Nativitatis Domini . II cl.
31 De VII die infra octavam Nativitatis Domini . II cl.
Commemoratio S. Silvestri I Papæ et Conf.

DE CANTU HYMNORUM

Ad Horas minores, toni hymnorum aliquibus festis proprii — *in Officiis B. M. V., in festo Corporis Christi, in festo Ss. Cordis Iesu, in Transfiguratione D. N. I. C., et in festo D. N. I. C. Regis* — non adhibentur.

Toni autem unicuique tempori assignati tantum in Officiis de Tempore cantandi sunt; reliqua tamen festa tonos secundum solemnitatis gradum positos — *in Ordinario Officii de Tempore* — semper servent.

Ad Horas maiores, unusquisque hymnus suum tonum servat omni Tempore : non datur iam tonus proprius de Tempore pro hymnis Horarum maiorum. Proinde tempore Nativitatis hymni S. Stephani et S. Ioannis Apostoli et Evangelistæ canuntur tono, qui datur in Communi. Idem servatur tempore paschali; hymni vero Apostolorum, qui tempore paschali sunt proprii, tonum quem habent, servant.

DE CANTU ℣. « BENEDICAMUS DOMINO »

In fine Laudum (Matutini, si separetur a Laudibus) et Vesperarum ℣. Benedicámus Dómino *cantatur a cantore vel cantoribus in uno ex tonis infra notatis, prout qualitas diei vel festi requirit. Eodem modo respondetur a choro* Deo grátias.

I. In festis I classis.
II. In festis II classis.
III. In dominica et diebus infra octavam Nativitatis.

¶ **In Congregatione gallica :**
I. In festis I ordinis.
II. In festis II ordinis.
III. In festis III ordinis ac in dominica et diebus infra octavam Nativitatis.

IV. In festis III classis.
V. In festis B. Mariæ Virginis ut hucusque.
VI. In dominicis et feriis temporis natalicii :
VI, 2 (olim in octav. comm.) ad Laudes.
VI, 1 (olim in octav. privileg.) ad Vesperas.
VII-IX ut hucusque.

VARIATIONES IN ORDINARIO

AD LAUDES

a) **Feria V, ad canticum feriale,** ant. *Cantémus Dómino* non immutetur in libro « Antiphonale ».

b) **Sabbato, Canticum Moysis** *Audíte cæli* dividitur ante versum *Meménto diérum antiquórum;* dimittitur vero post versum *Deum qui te génuit.*

c) Item **Sabbato, ad canticum festivum,** divisio fit ante *Innova signa,* et psalmus 142 non amplius dividitur.

AD HORAS MINORES ET AD COMPLETORIUM semper dicuntur hymni in Ordinario pro iisdem horis assignati, præterquam in festo Pentecostes et infra octavam ad Tertiam.

AD PRIMAM

a) Semper dicitur capitulum *Regi sæculórum.*

b) **Feria III,** in psalmo 9, divisio fit post duos versus *Exsúrge Dómine* et *Constítue Dómine legislatórem,* hucusque primus et secundus versus e feria IV.

c) **Feria IV,** divisio psalmi 9 incipitur a versu *Ut quid Dómine recessísti longe,* antiphona *Exsúrge* manente antiphona pro feria IV.

d) **Feria V,** e psalmo 13 expunguntur tres versus *Sepúlcrum patens, Quorum os, Contrítio et infelícitas.*

e) Officium sic dictum « Capituli », quod hucusque fiebat post Primam, relinquitur Rituali cuiuscumque Congregationis vel Monasterii.

AD COMPLETORIUM

a) Ad Completorium (qui ob iustam causam dici potest post Matutinum diei sequentis, tamquam ultimam precationem in fine diei), in choro vel in communi fit lectio prolixa; in cuius fine lector, signo dato, surgit et inclinatus dicit : *Tu autem, Dómine, miserére nobis.*

Omnes respondent : *Deo grátias* et surgunt.

Si vero lectio prolixa omittitur, tunc dicitur lectio brevis : *Fratres, sóbrii estóte.*

b) Oratio *Pater noster* dicenda post versum *Adiutórium nostrum* omitti potest et eius loco, in choro, in communi et etiam laudabiliter in recitatione a solo facta, fit examen conscientiæ per rationabile tempus protractum.

VARIATIONES IN PROPRIO DE TEMPORE


TEMPORE ADVENTUS

A die 17 decembris, antiphonæ propriæ quæ in Officio feriali dicuntur ad Laudes et Horas minores, etiam dicuntur ad Vesperas.


Antiphonis assignatis diebus 17-23 decembris addatur etiam series pro sabbato. Hoc omnino requiritur, cum festum S. Thomæ Ap. incidere possit in dominicam (I classis). Rubrica etiam clarior evadet, et nulla amplius fiet translatio antiphonarum.

SABBATO

1 Ant.
IV A*




I Ntu- é-mi- ni * quam sit glo- ri- ó-sus i- ste, qui




in-gré-di- tur ad salvándos pó-pu-los. E u o u a e.

Psalmi eiusdem feriæ, 73.

2 Ant.
V a



M Ulti-pli-cá-bi-tur * e-ius impé- ri- um, et pa-cis



non e-rit fi-nis. E u o u a e.

3 Ant. III a

E-go Dó-mi-nus * pro-pe fe-ci iustí- ti- am me- am, non e- longá-bi- tur, et sa- lus me- a non mo-rá-bi- tur.

E u o u a e. *(Hæc antiphona dicitur tantum ad Sextam.)*

4 Ant. *IV A**

EXspecté-tur * sic-ut plú-vi- a e- lóqui- um Dómi- ni : et descéndet super nos sic-ut ros De- us no-ster.

E u o u a e.

5 Ant. II D

PA-rá-tus esto, * Isra- ël, in occúrsum Dómi-ni, quo- ni- am ve- nit. E u o u a e.

Si vigilia Nativitatis Domini venerit in dominica, Officium ordinatur hoc modo :

a) *sabbato præcedenti, ad Vesperas*, omnia dicuntur ut in sabbato ante dominicam IV Adventus;

b) *ad Laudes et ad Horas minores* fit Officium festivum de vigilia, ut in Proprio, sine commemoratione dominicæ.

TEMPORE NATALICIO

Dies a 2 ad 5 ianuarii sunt feriæ temporis Nativitatis Domini.

a) *In Officio feriali*, antiphonæ et psalmi, ad omnes Horas sumuntur de currenti hebdomadæ die, ut in Psalterio; reliqua ut die 1 ianuarii.

b) *In festis*, his diebus forte occurrentibus, nulla fit commemoratio feriæ.

In dominica II post Nativitatem (II cl.) si occurrat his diebus, ad omnes Horas, ant. et psalmi ut in psalterio; reliqua fiunt ut in dominica infra octavam Nativitatis.

Dies a 7 ad 12 ianuarii sunt feriæ temporis Epiphaniæ Domini.

a) *In Officio feriali*, antiphonæ et psalmi, ad omnes Horas, sumuntur de currenti hebdomadæ die, ut in Psalterio; reliqua ut in festo Epiphaniæ. Oratio dicitur ut in eodem festo; in feriis autem post dominicam I occurrentibus, de eadem dominica.

Diebus a 7 ad 12 ianuarii sumuntur etiam antiphonæ ad *Benedíctus* et ad *Magníficat*, quæ singulis diebus propriæ assignantur.

b) *In festis*, his diebus occurrentibus, nulla fit commemoratio feriæ.

Dominica I post Epiphaniam, ad omnes Horas, antiphonæ et psalmi ut in psalterio; reliqua ut in dominica olim infra octavam Epiphaniæ sine commemoratione festi.

TEMPORE PASCHALI

Pro antiphona ad *Magníficat*, ad Vesperas feriæ VI, sumitur antiphona ad *Magníficat* quæ habetur ad II Vesperas dominicæ præcedentis.

ORDINARIUM

DE TEMPORE ASCENSIONIS

Antiphonæ super psalmos ut in tempore paschali.

AD LAUDES

Capitulum *Ephes. 2, 6-7*

COnressuscitávit et consedére nos fecit Deus in cæléstibus in Christo Iesu, † ut osténderet in sǽculis superveniéntibus abundántes divítias grátiæ suæ * in bonitáte super nos in Christo Iesu.

Reliqua ut in festo Ascensionis, præter orationem sequentem.

Feria VI:

Oratio

COncéde, quǽsumus, omnípotens Deus: † ut, qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus; * ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúndem Dóminum.

Hebdomada post dominicam:

Oratio

OMnípotens sempitérne Deus, † fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem; * et maiestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM

Capitulum Conressuscitávit, *ut supra ad Laudes.*

℣. Ascéndit Deus in iubilatióne, allelúia.

℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Oratio ut supra ad Laudes.

AD SEXTAM

Capitulum *Ephes. 1, 20-21*

DEus Christum constítuit ad déxteram suam in cæléstibus † supra omnem principátum, et potestátem, et virtútem, et dominatiónem, * et omne nomen quod nominátur, non solum in hoc sǽculo sed étiam in futúro.

℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia.
℟. Captívam duxit captivitátem, allelúia.

Oratio ut supra ad Laudes.

AD NONAM

Capitulum *Ephes. 1, 22-23*

OMnia subiécit sub pédibus eius, et ipsum dedit caput supra omnem Ecclésiam, † quæ est corpus ipsíus, * et plenitúdo eius qui ómnia in omnibus adimplétur.

℣. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúia.
℟. Deum meum, et Deum vestrum, allelúia.

Oratio ut supra ad Laudes.

AD VESPERAS

Capitulum ut supra ad Laudes.

℟. *br., Hymnus,* ℣. *et ant. ad Magnif. ut in II Vesperis festi. Oratio ut supra ad Laudes.*

¶ *In festis his diebus forte occurrentibus, nulla fit commemoratio feriæ.*

Dominica post Ascensionem :

Antiphonæ et psalmi ut in dominicis temporis paschali.

Reliqua ut in dominica olim infra octavam Ascensionis, sine commemoratione festi.

In vigilia Pentecostes, *dicitur Officium ut in Ordinario de tempore Ascensionis.*

TEMPORE POST PENTECOSTEN

Dominicæ et dies, olim infra octavam Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu celebrantur per omnia sicut reliquæ dominicæ et feriæ per annum.

Ad Vesperas feriæ IV et VI Quatuor Temporum mensis septembris, pro antiphona ad *Magnificat* repetitur antiphona quæ, in iisdem feriis, habetur ad *Benedictus*.

VARIATIONES IN PROPRIO SANCTORUM

FESTA IANUARII

4. *Pro commemoratione* S. Titi, Episc. et Conf. *vide p.* 285.

14. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Hilarii, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

21. *Ad Vesperas* S. Agnetis, Virg. et Mart., *pro cantico* Magníficat, *ant.* Beáta Agnes, *olim in I Vesperis.*

28. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Cyrilli, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

29. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Francisci Salesii, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

31 *S. Ioannis Bosco, Confessoris*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Serve bone, ℣. Iustum dedúxit, 473.

Oratio

DEus, qui sanctum Ioánnem Confessórem tuum adulescéntium patrem et magístrum excitásti, ac per eum, auxiliatríce Vírgine María, novas in Ecclésia tua famílias floréscere voluísti : * concéde, quǽsumus; ut, eódem caritátis igne succénsi, ánimas quǽrere, tibíque soli servíre valeámus. Per Dóminum.

FESTUM FEBRUARII

23. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Petri Damiani, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

FESTUM MARTII

27. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Ioannis Damasceni, *ant.* Serve bone, ℣. Iustum dedúxit, 743. *Oratio in Antiphonali.*

FESTA APRILIS

4. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Isidori, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

27. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Petri Canisii, *ant.* Serve bone, ℣. Iustum dedúxit, 743. *Oratio in Antiphonali.*

29. *In festo* Ss. Abbatum Cluniacensium, *ad Vesperas cantatur hymnus olim I Vesperis assignatus.*

FESTA MAII

3 *Ss. Alexandri, Eventii et Theoduli Mm.*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Fíliæ Ierúsalem, ℣. Pretiósa, 735.

Oratio

PRæsta, quǽsumus, omnípotens Deus: * ut, qui sanctórum tuórum Alexándri, Evéntii et Theodúli natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

5. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Pii V, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

14 ## *S. Pachomii, Abbatis*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Serve bone, ℣. Iustum dedúxit, 743.

Oratio

INtercéssio nos, quǽsumus, Dómine, beáti Pachómii Abbátis commméndet : * ut, quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

19. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Petri Cælestini, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

FESTA IUNII

15 ## *S. Viti, Martyris*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Qui odit, ℣. Iustus ut palma, 737 (*vel, temp. pasch., ant.* Fíliæ Ierúsalem, ℣. Pretiósa, 735).

Oratio

DA Ecclésiæ tuæ, quǽsumus, Dómine, sancto Mártyre tuo Vito intercedénte, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte profícere : * ut, prava despíciens, quæcúmque recta sunt, líbera exérceat caritáte. Per Dóminum.

18. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Ephræm, *ant.* Serve bone, ℣. Iustum dedúxit, 743. *Oratio in Antiphonali.*

FESTA IULII

12. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Ioannis Gualberti, *ant.* Serve bone, ℣. Iustum dedúxit, 743. *Oratio in Antiphonali.*

22. *Ad Vesperas* S. Mariæ Magdalenæ, *pro cantico* Magníficat, *ant.* In diébus illis, *olim in I Vesperis.*

FESTA AUGUSTI

2. *Pro commemoratione ad Laudes* S. Alfonsi de Ligorio, *ant.* Euge, ℣. Iustum dedúxit, 740. *Oratio in Antiphonali.*

5. *Pro commemoratione ad Laudes* Dedicationis S. Mariæ, *ant.* Beáta es, María, ℣. Diffúsa est, 709. *Oratio* Concéde, 710.

7. *Pro commemoratione ad Laudes Ss. Martyrum Xysti II Papæ, Felicissimi et Agapiti, ut in Antiphonali, die 6 augusti ad Laudes.*

11 *S. Tiburtii, Martyris*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Qui odit, ℣. Iustus ut palma, 737.

Oratio

SAncti Mártyris tui Tibúrtii nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia : * quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adiuvári. Per Dóminum.

13 *Ss. Pontiani Papæ et Hippolyti, Mm.*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Vestri capílli cápitis, ℣. Exsultábunt, 738.

Oratio

DA, quǽsumus, omnípotens Deus : * ut beatórum Mártyrum tuórum Pontiáni et Hippólyti veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

21 *B. Bernardi Ptolomæi, Abbatis*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Serve bone, ℣. Iustum dedúxit, 743.

Oratio

DEus, qui beátum Bernárdum Abbátem a sǽculi pompa ad amórem solitúdinis evocátum, in miseránda pópuli contagióne caritátis víctimam effecísti : * quǽsumus, ut per eius vestígia gradiéntes, eiúsdem caritátis et glóriæ tríbuas esse consórtes. Per Dóminum.

22 *S. Timothei, Martyris*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Qui odit, ℣. Iustus ut palma, 737.

Oratio

AUxílium tuum nobis, Dómine, quǽsumus, placátus impénde : * et, intercedénte beáto Mártyre tuo Timótheo, déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

FESTA SEPTEMBRIS

3 S. PII X, PAPÆ ET CONFESSORIS

III classis

Oratio

DEus, qui ad tuéndam cathólicam fidem et univérsa in Christo instauránda, sanctum Pium, Summum Pontíficem, cæléstí sapiéntia et apostólica fortitúdine replevísti : † concéde propítius; ut, eius institúta et exémpla sectántes, * prǽmia consequámur ætérna. Per eúndem Dóminum.

Ad Vesperas, *ant.* Dum esset Summus Pontifex.

15. *In festo* Septem Dolorum B. M. V. *ad Vesperas, hymnus* Summæ Deus cleméntiæ *ut ad Laudes.*


16. *Pro commemoratione ad Laudes Ss. Martyrum* Cornelii et Cypriani, *ut in Antiphonali, die 14 septembris ad Laudes.*

17 *S. Hildegardis, Virginis O. N.*


Memoria

AD LAUDES

Ant.
III



S Ponsa Chri-sti * Hilde-gárdis doctrínæ sa-lu-tá-ris



lámpa-de sanctam il-luminá-vit Ec-clé- si- am.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Oratio

DEus, qui beátam Hildegárdem Vírginem tuam donis cæléstibus decorásti : * tríbue, quǽsumus; ut eius vestígiis et documéntis insisténtes, a præséntis huius sǽculi calígine ad lucem tuam delectábilem transíre mereámur. Per Dóminum.

FESTA OCTOBRIS

3 *S. Teresiæ a Iesu Infante, Virg.*

Memoria

Ad Laudes, *ant.* Símile est, ℣. Diffúsa est, 745.

Oratio

DOmine, qui dixísti : Nisi efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum : * da nobis, quǽsumus; ita sanctæ Terésiæ Vírginis in humilitáte et simplicitáte cordis vestígia sectári, ut prǽmia consequámur ætérna : Qui vivis et regnas.

5 **SS. MAURI ET PLACIDI,**
DISCIPULORUM S. P. N. BENEDICTI, CC.

III classis

AD LAUDES ET PER HORAS

1 Ant. VIII G 2

IUsti * ful-gé-bunt sic-ut sol in regno Pa-tris e- ó-rum. E u o u a e.

Ps. 92. Dóminus regnávit, *cum reliquis de dominica,* 721.

2 Ant. VIII G

GRá- ti- a De- i, * et mi-se-ri-córdi- a est in Sanctos e- ius, et respéctus in e- léctos il- lí- us. E u o u a e.

3 Ant. VIII G

ID- e- o accí-pi- ent * regnum de-có- ris, et di- adéma spe-ci- é- i de manu Dómi-ni. E u o u a e.

4 Ant. I D²

BEne-dí- ci-te, * sancti et húmi- les corde, Dómi-no; laudá- te et su-per-ex- altá- te e- um in sǽ-cu-la. E u o u a e.

5 Ant. *IV A**

GAu-dé-te * et exsul-tá- te quóni- am merces vestra co-pi- ó- sa est in cæ- lis. E u o u a e.

Capitulum *Eccli. 2, 7-8*

MEtuéntes Dóminum, sustinéte misericórdiam eius : et non deflectátis ab illo, ne cadátis. † Qui timétis Dóminum, crédite illi : * et non evacuábitur merces vestra.


℟. br. VI


FIrmaméntum est Dómi-nus * Timénti-bus e- um.

℣. Et testaméntum ipsí- us ut ma-ni-festé- tur il- lis. ℣. Gló-



Hymnus





Laudes benígnis áuribus
Audíte, quas effúndimus
Nos éxsules de pátria
Vobis sacráto cántico.

Amóre Christi pérciti
Crucem tulístis ásperam,
Obœdiéntes, ímpigri
Et caritáte férvidi.

Sprevístis artes dæmonum,
Sævúmque avérni príncipem :
Christum faténdo móribus,
Migrástis inter sídera.


Iam nunc potíti glória
Adéste votis ómnium,
Ardénter exoptántium
Exémpla vestra prósequi.


Ut, Christe, Rex piíssime,
Horum precátu, nóxia
Nobis remíttas crímina,
Clamámus ore súpplici.

Sit laus, honor, sit glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Iusti confitebúntur nómini tuo, Dómine.
℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo.

Ad Benedictus, antiphona





Oratio

COncéde, quǽsumus, omnípotens Deus: ut ad meliórem vitam beatórum Mauri et Plácidi Confessórum tuórum exémpla nos próvocent; † quátenus, quorum memóriam ágimus, * étiam actus imitémur. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM

Antiphona Grátia Dei, 25. *Capitulum e Laudibus.*

℣. Oculi Dómini super metuéntes eum.
℟. Et in eis, qui sperant super misericórdia eius.

AD SEXTAM

Antiphona Ideo accípient, 25.

Capitulum *Eccli. 2, 9-10*

QUI timétis Dóminum, speráte in illum : et in oblectatiónem véniet vobis misericórdia. † Qui timétis Dóminum, dilígite illum : * et illuminabúntur corda vestra.

℣. Accédite ad eum, et illuminámini.
℟. Et fácies vestræ non confundéntur.

AD NONAM

Antiphona Gaudéte, 26.

Capitulum *Eccli. 2, 11*

REspícite, fílii, natiónes hóminum : * et scitóte quia nullus sperávit in Dómino, et confúsus est.


℣. Iusti confitebúntur nómini tuo, Dómine.
℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo.

AD VESPERAS


Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi de dominica, 725.

℟. br.
VI


O - cu- li Dómi- ni * Su-per me- tu- éntes e- um.



℣. Et in e- is, qui spe-rant super mi-se- ri-córdi- a e- ius.



℣. Gló-ri- a Pátri, et Fí- li- o, et Spi- rí-tu- i Sancto.



O-cu-li.

Hymnus

VIII

IN- cli- tos Chri-sti fámu-los caná-mus, Quos, fi-de



cla- ros ni- ti-dísque ge-stis, Hac di- e tel- lus, so-ci- á-ta



cæ-lo, Láu- di- bus or-nat.

Quippe qui mites, húmiles, pudíci,
Nésciam culpæ coluére vitam,
Donec e terris ánimus volávit
Liber ad astra.

Inde iam gaudent míseris adésse,
Fléntium tergunt lácrimas, medéntur
Méntium plagis, vitiáta reddunt
Membra salúti.


Nostra laus ergo résonet benígnis
Usque patrónis, referátque grates;
Qui pia pergant ope nos iuváre
Rebus in arctis.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui, supra cæli résidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus et unus. Amen.


℣. Iusti confitebúntur nómini tuo, Dómine.
℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo.

Ad Magnificat, antiphona


VIII G



A sǽcu- lo * non audi- é- runt, neque áu-ri-bus



perce-pé- runt : ó-cu-lus non vi- dit, De- us, absque te,



quæ præpa- rá- sti exspectánti- bus te. E u o u a e.

¶ *Quoties festum sit I classis, ad I Vesperas ut supra,* 30, *præter versum et antiphonam :*

℣. Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum.
℟. Et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Ad Magnificat, antiphona

1 f

QUI spe- rant in Dómi- no * mu- tá-bunt forti- tú- di-nem, assúment pennas sic-ut áqui- læ, cúr-rent et non labo- rá-bunt, ambu- lá- bunt et non de- fí- ci- ent.

E u o u a e.

¶ **In Congregatione gallica** *autem, fit die 15 ianuarii de* S. Mauro, *sub ritu I classis ut in Antiphonali Solesmensi; et in die 5 octobris de* S. Placido *ut sequitur :*

S. PLACIDI, CONFESSORIS

DISCIPULI S. P. N. BENEDICTI

III classis

Oratio

COncéde, quǽsumus, omnípotens Deus: ut ad meliórem vitam beáti Plácidi Confessóris tui exémpla nos própocent; † quátenus, cuius memóriam ágimus, * étiam actus imitémur. Per Dóminum.

FESTA NOVEMBRIS

13. *In festo* Omnium Sanctorum Ordinis S. P. N. Benedicti, *ad Vesperas, hymnus* Salvéte, cedri Líbani, *ut ad Laudes.*

17. *In festo* S. Gertrudis, Virginis, *III classis, ad* Magníficat, *loco ant.* Apparuérunt, *cantatur ant.* Egredímini, *ut quondam in I Vesperis ad eundem canticum. Reliqua ut in Antiphonali.*

Vel dicitur Officium sequens :

Ad Laudes et Vesperas : Antiphonæ et psalmi de psalterio, a Capitulo de communi, oratio propria.

AD ABSOLUTIONEM PRO DEFUNCTIS

Antiphona In paradísum *absoluta, statim Officians intonet antiphonam* Ego sum *et ipsa cantata a choro sequitur canticum* Benedíctus.

Ac si longitudo itineris postulaverit, dicatur psalmus De profúndis *et alii psalmi ex Officio defunctorum, et in fine cuiuslibet psalmi dicitur :* Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.

Ad ingressum cœmeterii repetitur antiphona. Quod si sepulcrum iam non sit benedictum, sacerdos illud benedicit dicens orationem Deus, cuius misericórdiæ. *Deinde* Kýrie, eléison *et reliqua, ut hucusque.*

In reditu de cœmeterio ad ecclesiam vel de feretro ad sacristiam omittuntur preces consuetæ.

IMPRIMATUR

Tornaci, die 12 decembris 1963

J. THOMAS, vic. gen.

Imprimé en Belgique par DESCLÉE & Cie, ÉDITEURS, S. A., Tournai — 10.700